

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nummotheca Principum Austriae

ex gazis Aulae Caesareae potissimum instructa, & aliunde aucta, quae a prima aetate, qua in Austria cusa fuit moneta Sub Babenbergicae Stirpis Marchionibus, Ad Usque Habsburgicae Gentis Principes, Lineae Hispano-Austriacae, Huiusque Masculum Ultimum Carolum II. Regem Hispan.

Complectitur tabulas aeri incisas num. XLI

Herrgott, Marquart

Friburgi Brisgoviae, 1753

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-241482](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-241482)

Tab. XXI.

Interea animum ad matrimonium advertens, abdicatis Romanæ Sacris, CLAUDIAM *Mediceam* (5. 6. 13. 14.) Ducis Urbina^{LEOPOLDUS V. ARCHIDUX.} viduam, uxorem duxit, ex qua quinque omnino liberos sustulit: MARIAM ELEONORAM, quæ infans obiit; ISABELLAM CLARAM, quæ CAROLO III. *Mantuae* Duci iuncta; & MARIAM LEOPOLDINAM, FERDINANDO III. nuptam, cuius nummum unicum tab. XXIII. num. XXIII. daturi sumus. Ex filiis natu minor SIGISMUNDUS FRANCISCUS anno 1630. die XXVIII. Nov. in lucem datus, vitæ Ecclesiasticæ se primo addixit, trium Episcopatum, *Gurzensis* in Carinthia anno 1644. *Augustani* anno 1646. & *Tridentini* 1658. dignitates indeptus est. Postea vero FERDINANDO CAROLO (de quo inferius) sine prole decedente, suscepto Principalis Comitatus Tyrolensis regimine, nuptias cum HEDWIGE AUGUSTA, CHRISTIANI AUGUSTI Comitis Palatini ad Rhenum, filia, meditatus, in ipso apparatu ad cœlestes nuptias vocatus, diem extremum obiit XXV. Iunii 1665. Eius nummum uncialem dabimus tab. XXIII. num. XXIV.

Nummi LEOPOLDI unciales (7 - 16.) ut qui in omnibus suis actis magnificus erat, elegantis sane sunt operis, nec abhorrent reliqui usuales tam ex auro (20.) quam argento (17. 18. 20-22.) Utrique vel ad Tyrolim vel Alfatiam; quippe quarum provinciarum tesseræ honoratori loco præferunt, pertinent. De vita decessit LEOPOLDUS anno 1631. die XIII. Septembris, annos natus quinque supra quadraginta (16.) *Vid. plura apud KHEVENHILL. & HANZIZIUM. Germ. Sac. tom. I. p. 665.*

I.

Tab. XXI.

LEOPOLDVS. D. ei G. ratia ARCHIDUX AVST. RIE EPISCO-
PVS. ARG. ENTINENSIS ET. PAS-
S. AVIENSIS. Protome Archiducis in habitu sacro, Episcopis familiari, ab Italis dicto *Rocchetto* (ut placet MELLENI, sed malim dicere *Muzeto*) & focali, capite inoperto, crinibus & barba non adeo longis, sinistrorsum respiciente.

In postica senex barbatus, nudo capite, cum pallio volitante, exporrectis brachiis ac manibus, ex nubibus, ad instar Patris æterni, seu primi entis, omnibus bene precantis: infra tres ciconiæ in nido, rostra ad cœlum seu ad ipsum Patrem

omnipotentem, levantes: ad latera hinc conspicitur arboretum, illinc messis grava. Ad datur epigraphe ex I. ad TIMOTH. IV. 8. desumpta: PIETAS AD OMNIA UTILIS.

Placuit Archiduci, iam anno 1591. quadrimo Ecclesiæ Pataviensi destinato, *pietatem*, cuius *ciconia* emblema est (quod ut ferunt, parentes, senectute confectos, dorso suo innixos, per aera vehant) pro symbolo assumere. Id vero non tantum ad cultum parentum per signum *ciconiæ* restringit, sed addito apophtegmate: *pietas ad omnia utilis*, ostendit, Patri æterno, qui in cœlis est, & a quo bona cuncta procedunt,

U 3

pieta-

LEOPOLDUS V. ARCHIDUX. *pietatem*, tanquam fundamentum omnium virtutum, singulari cultu præstandam esse. *M. Imp. ar. pond. 1. sicilic.*

II.

Nummus hic orbicularis eiusdem est cum præcedente argumenti. In epigraphe aduersæ littera G minoris est figuræ, quam reliqua elementa: si tamen hæc variatio ipsi typo nummario insit, vel potius oscitantæ chalcographi adscribenda? divinent alii.

In averfâ Pater cœlestis, in nubibus, mitratus, & nimbo ornatus sistitur: ex nubibus radii procedunt, & in recessu sol oriens cernitur: quibus additamentis ad infinitam Dei bonitatem, in sacris litteris testatam, adludi videtur, quod scilicet Deus T. O. M. *solem suum oriri faciat super bonos & malos, & pluât super iustos & iniustos* (a).

Singularem porro *pietatem* ipsius Archiducis nostri in Superos, pluribus extollit Cl. HANSIZIUS (b), qui eius vitam data opera perscripsit; cuius tamen verba longiora sunt, quam ut hic locum habere queant. HERÆUS in *tab. Episc. Passav.*

III.

LEOPOLDVS. ARCHIDVX. AVSTRIÆ. Protome Archiducis in habitu Ecclesiastico, capite pileo pariter Ecclesiastico, quem *birretum* vocant, operto, sinistro verso.

EPS. (*Episcopus*) ARGENT. *inensis* ET PASSAVI. *ensis* FVNDATOR. COLLEGII. SOCIETATIS. IE-

(a) MATTH. v. 45.

SV PASSAVIENSIS: ANNO MDCXII. Tab. XXI. Inscriptio hæc octo linearum umbonem averfæ implet.

Iam anno 1611. moliebatur LEOPOLDUS Collegium Societatis IESU, ut laudatus HANSIZIUS loco citato tradit: anno inde sequenti in fundo coemtarum ædium cœptum erigi ædificium collegii, structura peregrina: in cuius fundamenta primum lapidem serenissimus fundator, una cum nummo, cuius typum hic proferimus, die 29. Octob. immisit. Eiusmodi alia pia opera recenset Cl. HANSIZIUS loc. cit. p. 701. *M. Imp. ar. pond. sextunc. & T. H.*

IV.

Addimus hic nummum iconicum miræ elegantie, qui et si epigraphe & titulis destitutus sit, effigiem tamen LEOPOLDI obversa facie, inoperto capite scite exprimit: ornatus est coma, quasi in gradus fracta, barba, focali & veste Ecclesiastica, quam Itali *Muzeto* appellant.

Æra percussi nummi ex ipso habitu Ecclesiastico fere intelligitur; illum enim primum Romæ deposuit anno 1625. & in sequenti anno, qui ætatis eius quadragesimus erat, matrimonio coniunctus fuit. *M. Imp. ar. pond. sextunc. cuf.*

V.

LEOPOLDVS: D: *ei* G: *ratia* ARC: *bi* DVX: AVSTRIÆ. Protome Archiducis armata cum paludamento & crispo collari, nec non torque aurei velleris: capite nudo ad lævam converso.

CLAV-

(b) Tom. 1, Germ. Sac. p. 694.

Tab. XXI.

CLAVDIA MEDICEA: EX: MAG: nis HETRVR: ie DVC: ibus. Protome Ducissæ, pulcherri- me comtæ, torque & crista- to focali ornata, capillis, mar- garitis ornatis, ac capite dex- trorsum verso.

Comparet iam Archidux habitu laicorum. Cum enim per mortem FERDINANDI Tyro- lensis anno 1595. & Archidu- cis ALBERTI anno 1621. stem- ma cum FERDINANDI tum MA- XIMILIANI extinctum fuisset: de firmanda gentis Austriae pro- pagatione cogitandum erat. LEOPOLDUS itaque, cum CAROLUS, Uratislaviensis Episcopus, a ma- trimonii cogitatione longius ab- esset, anno Iubilæo Romam se contulit, ubi a Summo Ponti- fice URBANO VIII. in Palatio magnifice exceptus, sacri vin- culi laxationem obtinuit (a). Exinde per Etruriam domum rediens, CLAUDIAM Mediceam, FRANCISCI UBALDI ANTONII, ultimi Ducis Urbinate viduam, quam sibi interea per procurato- res desponsari curaverat, ex iti- nere salutavit: quæ proximo anno sponsum in Tyrolim se- cuta, eidem die XIX. Aprilis magnifica pompa, assistente PA- RIDE, Salisburgensi Archiepisco- po, iuncta fuit (b).

Hoc interim numisma utri- usque coniugis effigies dunta- xat repræsentat, ipsius matri- monii monumentum haud est. Hoc enim inter cetera dissuadet torques aurei velleris. Hunc namque a WILHELMO V. Duce

(a) HANSIZ, loc. cit. p. 701.
(b) Idem eodem ac KHEVENHILLER in vita loc. cit.

Bavariæ dicto anno 1626. de vi LEOPOL- ta decedente, relictum, PHILIP- DUS V. ARCHI- PUS Rex Hispaniæ, Archiduci DUX, mense Septembri eiusdem anni destinavit (c). At eundem c anno primum 1628. cum de- dicationi Ecclesiæ Salisburgensis unacum uxore intererat, a MA- XIMILIANO, Electore Bavaro, re- cepit (d), qua occasione num- d mus signatus videtur. M. Imp. T. H.

VI.

† LEOPOLDVS. ARCHID. ux AVSTRIÆ. ET. CLAVDIA. MEDI- CEA. SERENISS. ima, aut Sere- nissimi, quam vocem ut ne primo loco collocemus, inter- posita crucicula facit, inscrip- tionis utique initium indicans. Protomæ utriusque coniugis iu- gata, eodem fere habitu, quo num. præcedenti, nisi quod u- terque pileis Principum obtekti sint, & Archidux loco aurei velleris, cruce Ordinis S. STE- PHANI Papæ & Martyris con- spicuus sit.

Nummus hic unilateralis ac insuper, quod mireris, bractea- tus est. Ornatus Principum singularis, immo & ipsius num- mi, tum & forma habitusque eiusdem, coniecturæ locum fa- ciunt, cum occasione nuptia- rum signatum atque distribu- tum fuisse. M. S. B. ar.

UNCIALES
ET
MONETÆ.
VII.

LEOPOLDVS. NEC NON. CÆ- TERI.

(c) Id. Annal. Ferd. tom. x. col. 1331.
(d) Id. tom. I. imaginum pag. 90.

LEOPOLDUS V. ARCHIDUCUS
 TERI. D: ei G: ratia ARCHID: uces
 AVSTRIÆ. (incipit averfa) DVC:
 es BVRG: undia STYR: ie CAR: in-
 thia ET CARN: iola COM: ites TY-
 ROLIS. Hæc utriusque partis
 epigraphæ.

Adversa exhibet protomen
 fere ut num. x. adscripta hinc
 inde æra Christi 1620. Posti-
 ca pars complectitur scutum ma-
 ius quadripartitum: continentur
 in eo nota Auftriacæ Domus in-
 signia: *Hungariæ*, *Bohemiæ*,
Austriæ novæ & *Burgundiæ* simul
 iuncta, *Styriæ* vel *Habsburgi* &
Goritiæ pariter coniuncta, in tri-
 quetra *Austriæ*, quam dicunt
veteris, & parmula omnibus su-
 perimposita *Tyrolis*. In imo
 comparent duæ parmulæ mino-
 res, imposita mitra, duobus
 pedis episcopalibus nexæ. Quæ
 ad dextram est, continet symbo-
 lum Episcopatus *Argentinensis*:
 illa a sinistris, Episcopatus *Pas-
 saviensis*.

Primus est hic uncialis a
 LEOPOLDO cum suo, tum reliquo-
 rum Archiducum, ut titulus præ-
 fert, nomine, in Tyroli signatus.

Hanc enim provinciam una-
 cum ceteris anterioris Austriæ,
 anno iam præcedenti, commu-
 ni nomine regendam suscepit
 (a), qua de re etiam sequens
 uncialis, ad Landgraviatum Al-
 satiæ pertinens, testatur. Cre-
 dibile est autem, utrumque an-
 no præcedenti, quo LEOPOLDUS
 regimen suum adiit, signatum
 fuisse; cum, uti iam observa-
 vimus, tum temporis usus vel
 maxime obtinuerit, ut notæ
 chronologicæ in nummis usua-

(a) Id tom. IX. col. 702.

libus seu monetis præverteren-
 tur, quo novitatis speciem diu-
 tius præferrent. Tab. XXI.

Adpositæ *Argentinensis* &
Passaviensis Ecclesiarum parmula
 eundem horumce Episcopa-
 tum Antistitem indicant. Hu-
 ius regimen anno 1650. illius
 vero anno 1607. unacum Ab-
 batiis *Murbacensi* & *Luderenfi*
 suscepit: cum pro altera, poste-
 riori scilicet, anno ætatis quar-
 to, altera autem annos natus
 quindecim, designatus iam esset.
 (b). M. S. B. & BUOL.

VIII.

† LEOPOLD: us D: ei G: ratia
 ET. ARCHIDVCES. AVST: riæ DVC:
 es BVRG: undia. Protome Archi-
 ducis fere ut num. præcedenti,
 sed æra Christi infra in exergo
 scripta 1620.

Postica prosequitur titulos:
 STIRIÆ. CARINT. *hiæ* CARN: iola
 LAND: gravii ALS. *atiæ*. Scutum
 maius quadripartitum, imposi-
 to pileo Archiducali. Primus
 quadrans continet tesseram *Hun-
 gariæ*. II. *Bohemiæ*. III. *Au-
 striæ* & *Burgundiæ*. IV. *Tyro-
 lis* & *Habsburgi*: triquetra pi-
 sces *Pherretenses*, & in medio in-
 cumbit parmula *Alsatiæ*.

Maior hic clypeus quatuor
 parmulis minoribus stipatus est,
 quæ mitris pedisque Episcopa-
 libus ornantur. Illa, quæ dex-
 tro clypei maioris lateri adhæ-
 ret, transversim secta est, &
 parte superiori baltheum diago-
 nalem planum Episcopatus *Ar-
 gentinensis*, inferiori vero reticu-
 latum Landgraviatus *Alsatiæ* ex-
 hibet. Altera parmula, fini-
 strum

(b) HANSIZ, loc. cit. p. 672. & 683.